

in inferiore parte eius, pectore inclinato, quarum auium una habebat alas abscisas, & altera habens alas duas, & usque tenebat rostro caudam alterius, ac si uolans uellet uolare cum altera, & illa uellet retinere uolantem secum. Erant autem illae duae aues colligatae, homogeneae, depictae in una sphæra, quasi imago duarum in uno. Et erat iuxta caput uolantis ex duobus sphæra, & supra has duas aues iuxta caput tabulæ, proxime digitis statue, imago Lunæ lucentis: Et ex altera parte tabulæ, alia sphæra, respiciens ad aues inferius. Erant autem uniuersa tempora quinq, inferius uidelicet aues duæ, & sphæra. Superius uero duæ, scilicet imago Lunæ, & alia sphæra.

In alia autem medietate in capite tabulæ declinante ad digitos statuæ, erat imago Solis emittens radios, uelut imago duorum in uno. Et in altera parte alia imago Solis, cū uno radio descendente, & hæc sunt tria, uidelicet duo lumina, & radius duorum in uno, & radius unius descendens, porrectus ad

A ij inferius